

tudinem redigam istam inquisitionem, cum is mihi adfirmatur Apostolus quem in albo Apostolorū apud Euāgelium non deprehendo. Deniq; au- diens postea eū à domino allectū iam in cœlis quiescentē, quasi in prouidē- tiam existimo si nō ante scit illū sibi necessarium CHRISTVS, sed iam ordi- nato officio Apostolatus & in sua opera dimisso, ex incursu nō ex prospe- ctu adiiciendū existimauit, necessitate, ut ita dixerim, nō uoluntate. Quam- obrem Pontice naudere si nunq; furtiuas merces uel illicitas in acatos tuas recepisti, si nullū omnino onus auertisti uel adulterasti, cautor utiq; & fide- lior in dei rebus, ædas uelim nobis quo symbolo suscepferis Apostolum Paulum, quis illum tituli charactere percussit. Quis trāsmiserit tibi, quis im- posuerit ut possis eum constanter exponere, ne illius probetur qui omnia Apostolatus eius instrumenta protulerit. Ipse se, inquit, Apostolū est pro- fessus, & quidem non ab hominibus, nec per hominem, sed per IESVM CHRISTVM. Planè profiteri potest semetipsum quis. Verum professio eius alterius autoritate cōficitur: alius scribit: alius subscrabit, alius obsignat, alius actis refert. Nemo sibi & professor & testis est. Præter hæc utiq; legisti multos uētuos, qui dicāt, ego sum CHRISTVS. Si est qui se CHRISTVM mentiatur, quantomagis qui se Apostolum prædicet CHRISTI. Adhuc ego in persona discipuli & inquisitoris cōuersor, ut iam hinc & fidem tuam obrundam, qui unde eam probes non habes: & impudentiam: suffundam, qui uindicas, & unde possis uindicare non recipis. Sic CHRISTVS, sic Apo- stolus, ut alterius dum non probantur nisi de instrumento creatoris. Non p mihi Paulum etiam Genesis olim repromisit: Inter illas enim figuræ & propheticas super filios suos benedictiones, Jacob cum ad Beniamin dixi- set, Beniamin, inquit, lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad ue- speram dabit escam. Ex tribu enim Beniamin oriturum Paulum proui- debat, lupum rapacem, ad matutinum comedentem, id est prima ætate ua- staturū pecora domini, ut persecutorem ecclesiarum, dehinc ad uesperam escam daturum, id est deuergēte iam ætate oues CHRISTI educaturum, ut doctorem nationū. Nā & Saulis primo asperitas insectatiōis erga Dauid, dehinc pœnitentia & satisfactio, bona pro malis recipientis, non aliud por- tendebat quām Paulum in Saule secundum tribus, & IESVM in Dauid secundum uirginis censem. Hæc figurarum sacramenta si tibi displicant, certe Acta Apostolorum hinc mihi ordinem Pauli tradiderunt à te quo- que non negandum. Inde Apostolum ostendo persecutorem, non ab hominibus, neque per hominem: inde & ipsi credere inducor: inde te à de- fensione eius expello, nec timeo dicente, Tu ergo negas Apostolum Paulum? Non blasphemō quem tueor. Nego ut te probare compellam. Nego ut meum esse conuincam. Aut si ad nostram fidem spectas, reci- pe quæ eam faciant. Statiuam prouocas, æde quæ eam præstruunt: Fort. Si ad tuum. Aut proba esse quæ credis: aut si non probas, quomodo credis? Aut qualis

*Album Apostolorū**ωντος Grecois cymu-
bam seu lntrem su-
gnificat.*

de Philoſopho
Marcion his
e Schola docen-
m uacuum
ia cant eis fa-
tudo forepo-
s est, legantib-
i Christum in
artim ex Euse-
m ex Paulis
um uel inscri-
bare tentat;
nām creatoris
us utentes non
umbraſ uerba
entum fuisse
quod prioris
orater eis qua
d Hebreos in
tributam.

REN
A D
M

uit quantum
intum prau-
rum, ut cōſta
despicere quid
eris unde fit
materiam da-
nō à Marciō
ullius alterius
temere ponō
me ad folli-
tudinem